



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et Exercitiis Accommodatæ Libri IV

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Contr. III. Vtrum Dolor debeat esse prior naturâ vel tempore ante
Confessionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

CONTROVERSIA III.

Virum Dolor debeat esse prior naturâ vel tempore ante confessionem.

995. **A**ffirmat P. Conink & Layman, sed cum communi Theologorum negandum est, esse necessarium ad valorem Sacramenti, ut dolor villo modo præcedat confessionem, sed fieri posse, ut tempore sequatur confessionem. Probatur, tum solvendo fundamentum contrarium, tum ex praxi fidelium à nemine improbata: solent enim dolorem subungere confessioni, nec Confessarij sunt solliciti, an dolor præcesserit: neque etiam exigunt à penitentibus, ut catu quo dolor secutus sit, instituunt novam confessionem compendiosam & summariam peccatorum prius enumeratorum, ut requirunt adversarij.

Obijciunt. Si dolor non præcedit confessionem, non potest explicari quomodo fiat sensibilis per illam. Recentiores aliqui docent, hoc non esse necesse, quia dolor non est assumptus in ratione sensibilis, neque constituit Sacramentum in ratione signi sensibilis, sed in ratione causæ sative Gratiæ unâ cum cæteris partibus sensibilibus. Respondeo tamen hoc facile posse explicari. Nam ad hoc ut A. fiat sensibilis per B. satis est quod B. sit signum sensibilis alicujus habentis connexionem cum A. & cum B. tanquam suis effectibus: v.g. si dicam alicui *Discede, quia volo studere*: hæc verba reddunt sensibilis studium subsequens, hoc est, præbent argumentum sensibilis inferendi studium subsequens, hoc modo: Petrus dixit, se velle studere, & est homo verax: ergo studet. Ratio est, quia illa verba sunt signum voluntatis, quâ non solum vult affirmare exteriùs, sed etiam quâ vult reipsâ studere, adeoque studium subsequens habet dependentiam ab eadem causâ à qua pendet affirmatio. Pari modo quando dolor subsequitur Confessionem, si tamen habeat connexionem cum voluntate confitendi, cum quâ etiam est connexa confessio, fit per confessionem sufficienter sensibilis, quia confessio non significat quomodocunque voluntatem narrandi peccata, sed significat voluntatem narrandi in ordine ad obtinendam absolutionem, adeoque significat voluntatem saltem implicitam faciendi omnia necessaria ad absolutionem obtinendam.

Quod si fingamus casum, quod quis in ipsa confessione prodat, se quidem habere desiderium absolutionis, sed non dolere de peccatis, nec habere propositum emendandi (prout sæpè prudens potest esse suspicio) tunc quidem confessio non significaret voluntatem dolendi, nisi valde implicitam & conditionatam, nempe si cognoverit necessitatem dolendi ad absolutionem obtinendam, & ideo tunc Confessarij teneretur instruire, & adhortari ad serium dolorem, qui deinde vi prioris voluntatis ponetur, aut certe si prior voluntas

Titt 2

non

effectum habeo. atqui sub hac forma se offerret Deo quicumque peccator in Confessione, qui penitet ex solo motivo metûs. Hoc argumentum probaret imprimis, quod actus Attritionis metu gehennæ ne quidem esset honestus, sed potius contemptivus Dei, sicut illa verba offensoris Principem censerentur contemptui habere. Deinde retorqueretur argumentum, totidem verbis applicando ad actum quem Pallavicinus requirit, & vult sufficere cum Sacramento, non tamen sine Sacramento. Quis putaret congruè dispositum ad obtinendam veniam & amicitiam, qui diceret Principi. displicet quod te offenderim, & pœnas meruerim, itâ tamen ut defacto nullum affectû habeam, erga te & gratiâ tui, pro casu quo nullas pœnas à te timere possem. atqui taliter se sistit Deo peccator per actum quem Pallavicinus ponit: vel, si alium perfectiorem ponit, nihil deerit illi, quominus iustificet, ut supra ostendi. 3. Negando paritatem. disparitas jam est indicata. Vel enim ille actus offensoris Principis esset honestus vel non. si non est honestus, jam non est paritas cum nostro actu, quem ipse Pallavicinus probat contra hæreticos esse honestum. Si autem ille actus ponitur esse honestus, tum iterum est disparitas: quia filius illius Principis non impetravit illi actui tale privilegium, quale Filius Dei per superabundantem satisfactionem & merita infiniti valoris impetravit Confessioni Sacramentali.

Plures alias disparitates eleganter assignat P. Esparza his verbis. [Voluntas infligendi pœnas infligibiles ab homine, non convertitur cum voluntate vitandi injurias omnes adversus eundem. fieri namque potest, ut homo injuriatus non puniat injuriantem, tum propter ignorantiam delicti, tum propter impotentiam; unde earum pœnarum odium non continet in se odium injuriarum, & propositum non injuriandi pro omni eventu. Rursus, pœna saltem præcipua infligibilis à Principe temporali, non est privatio gratiæ & amicitiae suæ, sed interemptio, confiscatio, exilium &c. unde timor adversus principem temporalem, nullum ex sua natura continet in se respectum ad gratiam & amicitiam ejusdem, nullamque per se præsupponit estimationem illius. Præterea bonitas & perfectio propria principis temporalis, non exercet rationem finis ultimi, aut etiam præcipui respectu metûs quo timetur ejus potentia, & respectu odij injuriarum ex metu: neque metus iste ac odium subordinatur intrinsicè illi fini. Unde fit postremo, ut eidem Principi non placeat absolute talis metus ac odium, nec ipso consulente ac desiderante concipiatur, nisi tantum comparative, præ affectu deteriori. Omnia autem his opposita conveniunt Attritioni.]



non fuit tam efficax, tunc dolor subsequens fiet sensibilis per continuationem presentiae localis, aut alia signa quae tunc procedunt ex voluntate, quae quis vult audire adhortatione adhuc perseverare praesens Confessario, & expectare absolutionem; nam talis voluntas expectandi censetur voluntas esse ponendi dolorem, quem jam cognoscit necessarium ad absolutionem quam praestolaratur. Et hanc perseverantiam tanquam sufficientem ad reddendum dolorem sensibilem, agnoscit Suarez & Pallavicinus.

CONTROVERSIA IV.

Utrum ad valorem huius Sacramenti sit necessarius dolor & propositum conceptum ex motivo universalis ad omnia mortalia: ubi, an hoc Sacramentum ex hoc capite nunquam possit esse validum & informe.

296. **P**rima Sententia docet, sufficere dolorem ex motivo particulari, hoc est non extendente se ad omnia mortalia. Quoad propositum verò fatetur illud debere quidem esse conceptum ex motivo extendente se ad omnia peccata deinceps perpetrabilia, non tamen esse necesse, ut sit ex motivo extendente se etiam ad peccata praeterita: v. g. commisisti peccatum grave furti & nullum aliud: si doleas de furto ex motivo speciali iustitiae, & proponas deinceps vitare omnia mortalia ex motivo honestatis quae reperitur in vitando relapsu post factam reconciliationem, eris, juxta hanc Sententiam, sufficienter dispositus, ut confitendo furtum valide & fructuose absolvaris.

Hinc inferunt posse Sacramentum Pœnitentiae aliquando esse validum & informe, hoc est, sine fructu: nempe si habuisses adhuc aliud mortale v. g. luxuria, sed illius non recordereris, & ideo de illo non doleres, nec illud retractares: tunc, inquiunt, Sacramentum esset validum, sed sine fructu gratiae: validum esset, quia essent positae omnes partes constitutivae: esset autem sine fructu, quia negatio retractionis luxuriae esset obex, ne peccatum furti posset dimitti, non enim dimittitur unum mortale sine alio, & nullum mortale sine retractione. Ita sentiunt Suarez, Lugo, Gaspar Hurtadus, Tannerus, Diana, Bonacini, Filliucius, Dicastillo, & alij. Citant pro se S. Thomam in 4. dist. 17. q. 3. a. 4. quæst. 1. sed immerito. nam ibi S. Thomas ait, posse esse validum sine ullo dolore, quam sententiam retractavit in 4. dist. 23. q. 1. a. 4. ubi ait, Contritionem esse de Essentia Sacramenti.

Secunda Sententia docet, in casu, quo pœnitens habet mortale, debere intervenire motivum universale, extendens se ad omnia mortalia. Et quidem hoc motivum universale si se teneat ex parte propositi, hoc ipso etiam est motivum dolo-

ris: impossibile enim est, ut quis amittat aliud motivum, & simul advertat ad peccatum deinceps commissum destructivum illius motivi, quod dolo de peccato ex tali motivo. Econtrario si motivum doloris est universale, etiam erit universale motivum propositi saltem virtuale. Quia enim fatetur, quod quando dolor est ex motivo universale, non sit necesse elicere propositum mortale, sed sufficiat virtuale, identificatum cum illo dolore. His positis negat hæc sententia posse Sacramentum Pœnitentiae esse validum & informe. Ita post alios antiquos Vasquez, Conink, Olgavias, Layman, Turrianus, Fagundes, Amig, Pallavicinus, Elparza.

297. Hæc Controversia tota pendet intelligentia verborum quae in Concilio Florentino & Tridentino habentur, ad quae Concilio precebat declarare essentiam huius Sacramenti. Non licet possint afferri congruentia, illa tamen verum serviant ad convincendum, nisi fuerint aperiendum sensum Conciliorum.

Censeo, secundam sententiam esse Conciliorum verbis & menti conformiorem. Probatur ex verbis Florentini in Decreto Eugenij 8. *Quoniam*. ubi ait, Materiam huius Sacramenti in eo distingui partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commissum cum proposito non peccandi de cetero. Vt prius advertendum est, dolorem formalem esse posse se extendere nisi ad peccata quae memorantur occurrunt, motivum tamen doloris posse latius extendere, quia potest esse motivum universale. Hinc colligo, adversarios ex verbis aliter me inferre, quod Florentinum non requirit motivum doloris latius patens, quam pateant peccata commissa, eò quod requirit solum dolorem de peccatis commissis. Non poterat enim capere dolorem formalem ampliorem, cum non sit possibile, dolere de peccato, quod non cognoscatur commissum. Quapropter mentem Concilij circa motivum doloris, debemus colligere ex verbis adiectis: cum proposito non peccandi de cetero. Hæc verba si sincere spectentur, planè ingenerantur in conceptum propositi universale, extendentem se ad quodvis peccatum possibile, adeo ut vi talis propositi nec peccata praeterita posita fuissent illi positi nec peccata praeterita posita fuissent illi positi nec peccata praeterita posita fuissent illi positi. Ratio qui inducit propositum tunc existisset. Quia Concilium requiritur tale propositum, quo homo quasi renovaretur ipsum propositum, quod debebat habere antequam peccaret, nempe debebat habere voluntatem non peccandi mortaliter, ex motivo universalissimo, extendente se ad quodcumque peccatum & non tantum ad peccatum habens respectum ad relapsus: hoc inquam propositum à quo propositum recessit, debet renovare, quando vult surgere à peccato: atqui non renovaretur hoc propositum, si novum propositum ex alio motivo speciali motivo eliceret: ergo debet eliciere propositum ex motivo universale.